

cipium tituli per circulum scripti. — 2) *Vicum Palatum urbis Calenae novimus ex X 4644.*

---

**8568<sup>a</sup>** C. Popili, Mevanie<sup>1</sup>.

**b** C. Popili, Ocriculo<sup>1</sup>.

*In poculis fictilibus anaglyptis, variis locis Etruriae rep. (XI 6704, 3. 4 poculum cum priore inscriptione vidit Huelsen Roem. Mitth. 1897 p. 42, cum secunda unum Siebourg l.c. cf. p. 44 n.7). — 1) C. Popilius, O[criculo?] est etiam in vasculo quod edidit Hartwig Roem. Mitth. 1898 tab. XI cf. p. 400. Mevania et Oriculum Umbriae oppida. C. Popilium utriusque poculi eundem esse statuit Siebourg l.c. p. 53. — Nudum C. Popilii nomen in aliis eiusdem generis poculis in Etruria repertis XI 6704, 2.*

*Aliud genus paterarum fictilium valde antiquarum habes supra N. 2957—2969.*

---

**8569** C. Rufius s. finxit.

*Sub statua fictili, prope Perusiam rep. (I n. 1394 cf. p. 565. XI 6709, 28; Ritschl tab. LXXIII<sup>m</sup>).*

### Amphorae.

---

**8570** Tr. Loisio<sup>1</sup>.

*In amphoris in Sicilia potissimum reperiri solitis impressum (X 8051, 21 p. 999 Notizie degli scavi 1891 p. 585; singula exempla prodierunt etiam Tarenti et Carthaginem: VIII 22657, 52 Notizie degli scavi 1885 p. 283). — 1) Trebius Loesius (Lusius). Idem homo (Τρέβιος Λοίσιος, non Λοίδιος, ut est errore typ.) Deli a templo Apollinis pecuniam mutuam sumpsit archonte Athenis Posidonio, i.e. paullo ante annum u. c. 600, teste titulo quem edidit Homolle bull. de corr. hell. 4, 1880 p. 183. Apparet Lusium unum fuisse ex negotiatoribus Italicis (v. supra N. 865) qui emporio Delio utebantur. Cf. quae exposui Herm. 18, 1883 p. 155 seq. Ceterum ut in his amphoris nomen negotiatoris, ita in iis quae sequuntur impressa sunt nomina possessorum.*

---

**8571** Ap. Pulcri<sup>1</sup>.

*In amphoris Mutinae potissimum et in Transpadana (Ateste, Bergomi, Aquileiae) repertis (XI 6693, 77. Pais 4077, 27). — 1) Fortasse Appius Claudius Pulcher consul a.u. c. 746 (cf. supra N. 890), deinde proconsul Hispaniae.*

---

**8572<sup>a</sup>** C. Laeca.

**b** C. Laek. Bass.

**c** C. Laek. — Car.

**d** C. Laek. — Felix.

**e** C. Laek. Bas. — Felix ser.<sup>1</sup>

**f** C. Laek. Bas. — Speratus.

*In labris amphorarum Aquileiae repertarum (Pais 4077, 86. 88 a. 89. 88 b. 88 c. 93 vidit Gregorutti). Amphorae cum C. Laecanii sive C. Laecanii Bassi vel solius vel eius servorumque nominibus prodierunt praeterea Polae (oesterr. Jahresh. 7, 1904 app. p. 146), Patavii (Pais 4077, 88 d.e. 91. 92) Vercellis (V 8112, 52—54) et in Norico (III 6007, 5) Pannoniaque (III 12010, 1. 14571, 4), una etiam Romae (XV 5477). C. Laecanius Bassus videtur esse consul a.p. Chr. 64, cui possessiones fuisse in agro Tergestino appareret ex titulo supra N. 5889. — 1) In amphora Norica quam vidit Mommsen (III 6007, 5) duo haec sigilla distributa sunt in ansas duas.*